Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Abrahamus Bzovius in prosecutione Annalium C. Baronii ad Annum Christi 1291. de fundatore nro ita scribit, numero 16.

In Germania Meinhardus Comes Tyrolensis, et Dux Carinthiae, Episcum Tridentinum insolentem habuerat, atq; indeterendi iniuriis opprehserat. Eum itaq; Nicolaus 4. Pontifex ad subsellia Sedis Apostolicae, ut causam diceret vocabat. cumq; venire contemneret, Rudolpho regi Romanorum eius aeternam contumaciam renunciavit, utq; eum vel armis ad obsequendum impelleret hortatus est. Rudolphus vt opportunum fore iudicavit, si in Comitiis Principum ea de re ageretur. Quamobrem Spiram illud indictum, utq; is una cum reliqis proceribus adveniret edixit. Dum vero ad sacra vindicanda Rudolphus Spiram proficiscitur, prius Cal. Octob. in quodam oppido agri Spirensis diem extremum clausit.

Et in Anno Chri 1298. n. 7. memorat idem Author, Bonifacium Octavum contra edictum Meinhardum anathema innovasse, et Comitatui Tyrolensi sacris interdixisse, quod Episcum Tridentinum iniuriis afficiset.

Absolutus tamen ab Excomunicatione legitur uno anno ante obitum suum.

Anno 1292 civitas Oenipontana subito incendio pene tota conflagravit, residente tunc ibi Meinhardo fundatore nro, et adventante eodem die Alberto Austriaco Meinhardi genero.

Anno 1305 in festo SS. Apostolorum Philippi et Jacobi occisus e à Joanne filio suo sui Alberti Rex Romanorum prope Pruggam, relinquens ex Elisabetha filia fundatoris nri 10 liberos, Friderichum Regem Rom: Leopoldum, Albertum, Henricum, Othonem duces Austriae: Agnetem reginam Vngariae, Elisabeth ducissam Lotharingiae, Annam reginam Poloniae, Guttam Comitissam de Öttinge, Catharinam ducissam Calabriae.

Conradus Abbas 4tus.

Anno Chri 1299 usq ad 1316.

F. Conradus Walder electus est in Abbatem huius Coenobii Anno 1299. septimo Julii. ~~ordinatus est~~.

Regnavit annos sedecim, menses octo, dies 13.

Obiit Anno 1316. 10 Martii.

Emit Montiu diversa bona pro 636 marcis. Item alia plura pro marcis 570.

S. Pontifex.

Benedictus Vndecimus, dictus 10. sedit m. 9. d. 6.

Clemens quintus. sedit annos 8. m. 10. d. 16.

Cesar.

Albertus dictus, qui regnavit annos 10. habuit iste Albertum germanum nos Rudolphum, qui Pragae obiit, relicto ex Agnete sorore Wenceslai regis Bohemiae, filio Joanne, qui apud Reintelder prope civitatulam Prugg, sicut Joab Amasan, fraudulenter occidit. pp q homicidium infra Clementis V. ingressus e Monium, et tota vita poenituit iste Joannes.

Alberto successit in Imperio Henricus Comes de Lizelburg Vir egregius. qui regnavit annos 5. menses 8. Veneno ut scribitur, sublatus. In imperatorem electus Francofurti Anno 1308.

Comes Tyrolis

Otho primogenitus Meinhardi fundatoris, qui obiit Anno 1310. 25 Maij.

Henricus Rex Bohemiae et Poloniae, filius fundatoris natu minimus. qui construxit Ecclesiam ad S. Joannem Baptistam.

Ludovicus Othonis et Henrici fr, et filius fundatoris pro coeperio habuit F. Othonem Monachum de Stambs, in cuius manus (uti et ipsius D. Conradi Abbatis) solennem fecit stipulationem se Epo Tridentino, et Ecclesiae illius ora restituturum si damnis aliquod intulit etc. Anno 1305.

NB.

Anno Dni 1299. Annis Claustri nri infantes exceruit, q, et in claustro ita fortiter impegit, q, et pro magna pte disparuing.